

Schlettst. 13

(191^v) ... Nostri quoque doctor seculi egregius ... Hisidorus in libro Sententiarum secundo hæc pro tali narrat negotio. ‚Non est conservandum sacramentum quod male et incaute promittitur. Veluti si quispiam adulterę perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagilicio (!).‘ (Sententie II, 31, 9) Similiter in Sinonimis: ‚In malis promissis, rescinde fidem, in turpi voto vita decretum. Quod incaute vovisti, non facias. Impia est promissio quę scelere adimpletur.‘ (Synonyma II, 58)

Gebhard, c. 30

Sanctus Ysidorus in libro Sententiarum: ‚Non est,‘ inquit, ‚servandum sacramentum, quod male incaute promittitur, veluti si quispiam adulterę perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio.‘ (Sententie II, 31, 9) Similiter in libro Soliloquiorum: ‚In malis promissis rescinde fidem; in turpi voto vita [muta] decretum. Quod incaute vovisti, ne facias. Insiapiens est promissio, quę scelere adimpletur.‘ (Synonyma II, 58)

Manegold, c. 49

Hinc Ysidorus doctor egregius pro tali negotio loquitur: ‚Non est reservandum sacramentum, quo malum incaute promittitur. Velud si quisquam adultere cum ea permanendi fidem polliceatur, tollerabilius est non implere sacramentum quam in stupri flagitio permanere.‘ (Sententie II, 31, 9) Similiter idem doctor in suis Sinonimis: ‚In malis,‘ inquit, ‚promissis rescinde fidem, in turpi voto decretum (!). Quod incaute vovisti, non facias. Impia est promissio, quę scelere adimpletur.‘ (Synonyma II, 58)